



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

15. Markgraf Ludwig verleiht der Stadt Fürstenberg das Recht freien
Verkehrs in der Mark Brandenburg, am 5. Januar 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55801)

erbuhest, vnd des willen wir dir gern danchen mit allen sachen, darzu du vnserer forderung bedarft vnd die du an vns bringent bist. Als du vns geschriben hast vmb daz gelt, des wir dir schuldig sullen sein, solt du wizen, daz vns nicht chunt ist, wie oder warvmb wir dir des schuldig worden sein. Davon raten wir dir vnd heizen dich es auch, swenn du hörest, daz wir in der March ze Brandenburg sein, da wir doch kurezlichen hin mut haben ze chomen, daz du dich dann dahin zu vns fuderst, so wellen wir dich dann lieblich darvmb verhören vnd dir ein aufrichtigung darvmb geben, also daz dich des bentiget. Geben ze Nurnberg, an sant Pauls tag, als er bechart ward, in dem drey vnd zwenzigisten iar, vnseres riches vnd in dem zehenden des keisertums.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 491, Nr. 100.

15. Markgraf Ludwig verleiht der Stadt Fürstenberg das Recht freien Verkehrs in der Mark Brandenburg, am 5. Januar 1350.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi etc. Nos Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, Bauarorum et Karinthie dux, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Tirolis, Goricie Comes, Nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum advocatus: Pensantes turbaciones et dispendia quibus discretos viros Consules et totam Communitatem Ciuitatis fforstinberg, specialiter nostros dilectos, hactenus propter nostri conferuacionem perplexos fore nouimus, ipsis presentibus et posteris in refusionem premissorum hanc gratiam fecimus, Quod cum suis mercimoniis qualitercumque nominatis terras et districtus nostros Marchie libere perpetuis temporibus transire poterint nauigio vel curribus sine theolonei, ducatus seu conductus cuiuslibet dacione. Quare singulis et vniuersis nostris fidelibus marchie theolonariis presentibus et futuris iniungimus nichilominus et precipimus nostre sub optentu gracia seriosius et maiorius, quatenus predictos consules et ciuitatis incolas premissis, residenciarum iure ciuili continuando facientes, ibidem de theolonio omnium mercimiorum suorum quorumcumque ut premittitur ipsis scientifice et probabiliter spectancium deinceps supportatos habeatis. Et quicumque ex premissis theolonariis nostram premissam gratiam infringere presumpserint vel quouismodo attentare conauerint hij nostram indignacionem se nouerint incurfuros. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus, Comes de Swarczburg, dominus in Spremberg, Nec non Strenui viri fridericus de Lochen, Wolfhardus de Saczenhofen, Curie nostre magister, et Johannes de Hufen, Camere nostre

magister, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Gubin, Anno domini Millefimo CCC^o. quinquagesimo, feria secunda in vigilia epiphania eiusdem.

Saupitzches Magazin XXXV, S. 89.

16. König Karl entschädigt das Kloster Marienstern für Beschwerden, welche dasselbe von seinem zur Eroberung der Mark Brandenburg durchziehenden Heere erlitten, am 6. Februar 1350.

Karolus, dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex, ad perpetuam rei memoriam. Inter alias sollicitudines, que ad nostre maiestatis presenciam more fluuij inuadantis frequenter occurrunt et confluunt, nos ad illas sincera semper intencione mouemur, per quas ecclesiarum et monasteriorum indemnitatibus prouidendo, successuum et salutis nostre felicia incrementa speramus et credimus procurarij. Sane quia nuper ex parte religiosarum abbatissa et conuentus monasterij Stelle sancte Marie ordinis Cystericiensis Mysnensis dyocesis deuotarum nostrarum nobis ad memoriam extitit reuocatum, quod dudum nobis ad expugnacionem terre Brandemburgensis cum graui exercitu transeuntibus antedicti monasterij hominibus atque bonis nonnulla dampnosa grauamina et incommoda ex eiusdem transitus nostri occasione illata fuerunt; nos dicto monasterio cupientes dampnorum huius modi ac salutis nostre intuitu generosam facere recompensam: certos redditus, quos prefati abbatissa et conuentus de nouo poterint a quocunque uel quibuscumque uasallis nostris in Budyssinenfi, Gorlicenfi seu alijs quibuscumque nostris districtibus, empcionis, donacionis, legacionis uel quouis alio iusto tytulo obtinere, (dummodo antedicti redditus summam viginti marcarum argentij Polonici ponderis pensionis annue non excedant) dicto monasterio auctoritate regie celsitudinis ac tenore presencium exnunc prout extunc incorporamus, appropriamus et iure proprietatis annectimus et vimus, per dictum monasterium Stelle sancte Marie perpetuo possidendos. Inhibentes vniuersis et singulis aduocatis, capitaneis, officialibus et viceofficialibus aduocatie Budyssinenfis, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, quatinus abbatissam et conuentum monasterij Stelle sancte Marie supradicti aduersus presentis nostre largicionis indultum non impediunt nec impediri per quempiam permittant, scilicet potius ipsas in eadem manu teneant, protegant nostro nomine fauorabiliter et conferuent, sub pena nostre indignacionis regie, quam qui secus attemptare presumpserit se cognoscat grauiter incurrisse, presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Budyssin, anno domini millefimo trecentesimo quinquagesimo, iudicacione tertia, VIII^o. idus februarij, regnorum nostrorum anno quarto.

Saupitzches Magazin XXXV, Cod. dipl. II, 80.